est michi in salutem. Haurietis
aquas in gaudio de fontibus salua
toris. et dicetis in illa die confitemi
ni dn̄o et inuocate nomen eius. No
tas facite in populis adinuentiones
eius. mementote qm̄ excelsum est no
men eius. Cantate dn̄o qm̄ magnifi
ce fecit. annunciate hoc in uniuer
sa terra. Exulta et lauda habitatio
syon. quia magnus in medio tui sc̄s.
Ego dixi in dimidio cant̄. ysai.
dierum meorū: uadam ad por
tas inferi. quesiui residuum
annorum meorum; dixi non uide
bo dominū deum in terra uiuenti
um. non aspiciam hominem ultra;
et habitatorem quietis. generatio
mea ablata est et conuoluta est a me
quasi tabernaculum pastorum. Pre
cisa est uelut a texente uita mea
dum adhuc ordirer succidit me. de

mane usque ad vesperam finies me.
Sperabam usque ad mane quasi leo sic
contrivit omnia ossa mea. De mane
usque ad vesperam finies me. sicut pullus
hirundinis sic clamabo meditabor
ut columba. Attenuati sunt oculi
mei suspicientes in excelso. Domine vim
patior responde pro me quid dicam
aut quid respondebit michi cum
ipse fecerim. Recogitabo tibi omnes
annos meos in amaritudine anime
mee. Domine si sic vivitur et in talibus
vita spiritus mei corripies me et vivifica
bis me. ecce in pace amaritudo mea
amarissima. Tu autem eruisti ani
mam meam ut non periret proie
cisti post tergum tuum omnia peccata
mea. Quia non infernus confitebi
tur tibi neque mors laudabit te non
expectabunt qui descendunt in lacum
veritatem tuam. Vivens vivens ipse

confitebitur tibi sicut et ego hodie
pater filijs notam faciet ueritatem
tuam. Domine saluum me fac et psal
mos nostros cantabimus cunctis die
bus uite nostre in domo domini. cant.
Exultauit cor meum in domino.
et exaltatum est cornu meum
in deo meo. Dilatatum est
os meum super inimicos meos. quia
letata sum in salutari tuo. Non est
sanctus ut est dominus neque enim est
alius extra te. et non est fortis sicut
deus noster. Nolite multiplicare lo
qui sublimia gloriantes. Recedant
uetera de ore uestro quia deus scien
tiarum dominus est. et ipsi preparant co
gitationes. Arcus fortium superatus
est. et infirmi accincti sunt robo
re. Repleti prius pro panibus se
locauerunt et famelici saturati
sunt. Donec sterilis peperit plu